

4. Sen. d. 1. q. 1. a. 1.

Signum quid.

Comptus ergo aduiter.

7. com 15. In 3. figura.

Conuersiones necessariae res

Phi. 34. 7.

13. Vices.

Signum certum vt inquit S. Thomas est aliquid manifestum nobis quo manu ducimur in cognitionem alicuius occulti. Ideo decem modis sumitur, signum. Nam datur primo.

- 1. Signum nil significans per se. Signum q. nil per se significat sunt voces ille omnis, & nullus. Nam iste voces in seipsis nil asserunt nec negant, & suum significatum accipiunt a societate nominum. Ideo dicuntur Syncategorematice. i. simul significatiua. i. cum alijs pradicatiua.
- 2. Signum contingens. Signum contingens est quod rem sub dubio ostendit. Ita fumus respectu ignis, & gladius & sanguis respectu cedris: pulsus cocitatio respectu febris: & palledo, aut rubedo respectu timoris, & pudoris dicuntur signa contingentia, quia aliunde fumus, cedres, Pulsus concitatus: palledo & rubedo possunt nasci quam ab igne: gladio: febre: timore: & pudore: quia a vaporibus terrae, a veneno, a serpente, ira, & malo.
- 3. Signum infallibile.
- 4. Signum memoratiuum.
- 5. Signum medicatiuum.
- 6. Signum excitatiuum.
- 7. Signum minatiuum.
- 8. Signum explicatiuum.
- 9. Signum confirmatiuum, &
- 10. Signum efficax.

Signum infallibile dicuntur esse ea quae sunt in caelo, in Sole, Luna, & stellis vt dicebat Saluator Noster Iesus. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Signa ista vocantur ab Aristotele, signa vera & necessaria quae quidem conuertuntur, cum suis causis, vt posita causa sequitur signum, & posito signo sequitur causa vt dicitur 6. phy. Vt. Omne quod mouetur, contingit velocius & tardius moueri: Omne quod mouetur, mouetur in tempore, ergo in tempore contingit velocius & tardius moueri.

Tres sunt conuersiones necessariae, vt posito effectu ponatur causa. Prima est in terminis relatiuis: vt posito parte ponitur silius: posito domino ponitur seruus, vt in pdicta. 2. Est lib. 1. priorum. Vt positis propositionibus praemissarum sequitur conclusio & posita conclusione inferuntur praemissae, quando conclusio ad effectum praemissarum tendit.

3. Est in Syllogismis, vt in isto. Ad velocitatem sequitur, motus, & ad motum velocitas & tarditas.

2. Est lib. 1. priorum. Vt positis propositionibus praemissarum sequitur conclusio & posita conclusione inferuntur praemissae, quando conclusio ad effectum praemissarum tendit. Signum excitatiuum dicuntur esse miracula quae fecit Iesus. Nisi signa, & prodigia videritis non creditis. Signum excitatiuum sunt Vexilla, Tubae, & strepitus armorum. Signis collatis quinquagies bis dimicauit solus M. Marcellum transfretus, qui vnde quadragies dimicauerat. 1. Caesar. Signum minatiuum dicitur esse factum quo alicui mors minatur, vt Baldesari Manus in pariete, & Arbor Nabuchodonosor, fulgure caelo quod caput statuae Caesaris abrafit: fuerunt signa minantia mortem.

Signum explicatiuum sunt voces quae signant animae passiones. Signum confirmatiuum sunt sigilla, & characteres quibus litterae, patentes, Monetas, animalia & pannos signamus.

Signum efficax sunt res quibus positis aliud statim sequitur. Hoc pacto sacramenta dicuntur esse signa efficacia. Nam sacramenta, noue legis semper dant quod significant. Significant gratiam, & dant gratiam. Dicuntur causa sine qua non. i. ex sua natura nec aqua, nec oleum habent gratia cautionem propriam: sed solum sine qua. Quia nisi quis sumat baptismum aq. quia contemnit nunquam gratiam purgantem recipiet. De istis signis est sermo apud Magistrum quando dicit Res et signum esse doctrinam suam. Haec sunt dicta a S. Th. Ricardo Occam a Scoto. Haec volui obseruare ad litteram intelligentiam. Accedamus ad text. Veteris ac nouae legis.

Tex. Proprie autem res hic appellantur, quae non ad significandum aliquid adhibentur. Ponit discrimen inter signum, & Res: Res non sunt ad significandum aliquid occultum, quia sunt nobis manifestae. Vt caelum non est ad significandum aliud a se, sed seipsum ostendit esse corpus sphaericum: sic sol: sic homo.

Signum vero est medium manifestum ad aliud occultum manifestandum. Sed obserua, q. signa manifestant multifariam. Nam

- Alia manifestant futura, & significant futuram gratiam, sed non dant, }
    - Alia non significant nec conferunt sed ostendunt esse gratiam, }
    - Alia significant gratiam: ostendunt gratiam, & conferunt gratiam. }
- Sacramenta legalia, victima: Hostia, decimae, & oblationes, excepta circuncisione, non dabant gratiam, quia Christus nondum venerat, non ostendebat gratiam in sacrificantibus quia non conferebatur nec in illorum virtute peccata tollebantur. Sed solum significabant gratiam quam portare debebat. R. demptor, & Messias.

Columba quae visa fuit super Christum in Baptismate, & linguae quae ceciderunt super Apostolos non fuerunt signa efficacia gratiae quia non habebant aliquam causalitatem respectu gratiae: nec significabant promissionem gratiae quia iam praesens erat plenitudo gratiae: sed tantum ostendebant q. Christus erat plenus gratia, & quod Apostoli erant pleni Spiritu Sancto. Ita ait Gabriel Biel.

Sacramenta vero nouae legis. Significant gratiam, } Ostendunt gratiam Christi, }
Ostendunt gratiam, & } Ostendunt gratiam in baptizato, & confirmato, & }
Conferunt gratiam. } Conferunt gratiam, quia sunt causa sine qua non, gratia. }

Dn.

R.

Hoc totum d. Magister in praesenti littera, legamus & erit finis. Onitur difficultas. D. Omne signum est Res: sed non conuertitur omnis res signum. Contra probat ois res sit signum. Ois res aut est ca, aut effectus: Si est causa ducit in cognitionem effectus vt in demonstratione potissima, si est effectus ducit in cognitionem cause vt in demonstratione, a posteriori, ergo res est signum. R. Signum duplex: Alterum naturale, & Alterum institutum. Magister agit de signo artificiali & instituto, non autem de naturali Signo. Nam res significata per signum sacramenti est diuina, est spiritualis est aeterna: signum humanum, creatum, & terreste, ergo non erit signum. Haec de praesenti. Habuistis. In sequenti, de vii & frui.